



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De Commenoratibus,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

## DE COMMEMORATIONIBVS.

## VII.

1. Commemorationes in Missis sunt sicut in Officio. De festo Simplici fit commemoratio in Missa, quando de eo in Officio facta est commemoratio in primis Vesperis. Quando autem de eo fit commemoratio tantum ad Laudes, in Missa solemni non fit commemoratio de eo, sed in Missis tantum privatis. Excipitur Dominica Palmorum, & Vigilia Pentecostes, in quibus nulla fit commemoratio etiam in Missis privatis, de festo simplici occurrente, licet facta sit in Officio. De Dominicâ fit commemoratio quando in ea agitur de festo Duplici. De Octava fit commemoratio, quando infra Octavam celebratur aliquod Festum, nisi illud Festum fuerit de exceptuatis in Rubrica Breviarii de Commemorationibus. Item quando infra Octavam fit de Dominica.

2. De Feria fit commemoratio in Adventu, Quadragesima, Quatuor

B. 5

tem-

temporibus, Rogationibus, & Vigiliis, quando Missa dicenda est de Festo illi temporibus occurrente. Sed in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, ubi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Fieriis, Rogationibus, & Vigiliis praedictis, quae habent Missas proprias, dicuntur duas Missæ, una de Festo, alia de Ferie, Rogationibus & Vigilia, absque ullius utrorumque commemoratione: in Festis tamen majoribus primæ classis nihil fit de Vigilia occurrente, ut dictum est supra.

3. Quando infra Hebdomadam dicuntur Missæ Votivæ, post primam Orationem semper dicatur Oratio ejus de quo sit officium, ut supra explicatum est in propria Rubrica.

4. Quando fit commemoratione feria Quatuor temporum, pro Feriæ commemoratione dicitur prima Oratio quæ concordat Officio.

5. In faciendis commemorationibus servetur ordo, ut in Breviario. De Dominica ante diem infra Octavam, de die infra Octavam, ante Ferias praedictas de Fieriis praedictis, ante festum simplex; de Festo simplici, ante Orationes

quæ



iliis, illi  
lesin plu  
, iædi  
cun  
e Fe  
e ull  
a Fe  
nih  
mel  
di  
n O  
as d  
m el  
e fe  
om  
atio  
ibw  
Do  
e dis  
fas  
sim  
ones  
quz  
quæ secundo vel tertio loco dicendæ assignantur, & hæ dicanturante Orationes votivas: in quibus votivis servetur, deinde dignitas Orationum, ut de S. Trinitate, de Spiritu Sancto, de Sacramento, de S. Cruce ante Votivum de B. MARIA, & de Angelis ante Apostolos, & similiter in aliis.

6. Si facienda sit commemoratio pro defunctis, semper ponitur penultimo loco. In Missis autem Defunctorum nulla sit commemoratio pro vivis, etiam si Oratio esset communis pro vivis & defunctis.

7. Quando dicuntur plures Orationes, prima tantum & ultima cum sua conclusione terminantur: & ante primam & secundam Orationem tantum dicitur *Oremus*: ante primam dicitur etiam, *Dominus vobiscum*.

8. Cum verò dicuntur plures Orationes, & una Oratio eadem sit cum alia ibidem dicenda, Oratio hujusmodi, illa scilicet, quæ eadem est, non aliæ, commutetur cum alia de Communi, vel proprio quæ sit diversa. Idem servetur in Secretis, & Orationibus post communionem.